



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Zelus animarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

fertim in adeundis templis, perseverandoq; modeste diuino in sacrificio. Qua delectatus spe Pater, & necessitate commotus, ex facili in cupiditatem exarsit operam suam ei Regno, totum se penitus impendendi. Quam voluntatem celestibus etiam gaudiis Christus Dominus nutrebat; vt ille sic ad Lainium scribat. Gratias ago uinæ bonitati, quæ me licet inutilem hic sustinet & ita consolatur, vt pro huius Regni utilitate pa aliquid cupiam, atque etiam hic mori non recsem. Sed efficient preces ad Christum vestras, hæc qualiacunque desideria fructum afferant, suam aliquando maturitatem assequantur. Dominus Iesus ubiq; nos conseruet, & prosperet nostras in gloriam suam. Amen. Porrò messis berrimæ, quæ deinde toto Poloniæ Regno, per Societatem Iesu, Deo aspirante, maturuit, haud temere suspicari fas est hæc tum verba, tum uoluntatem Canisij & semen aliquod, & Oraculum præiussit. Louicio Petricouiam ventum est Comitatum sedem. Canisius ante omnia ad placandum Deum, propitiandumq; instanti conuentui uel sacra cura, tametsi multas ad eam rem ante preces multa sacrificia, vti solenne habebat semper, à te

*Zeus anima-
r. 1110.*

*Precandi Dei
industria.*